The Library of Congress'

EARLY STATE RECORDS PROJECT

converted from the original microfilm held by the
Vincent C. Immel Law Library, Saint Louis University

through the generous support of a grant from the

Council on Library and Information Resources

MANUALITO

DE

PARROCOS, PARA LOS

Autos del ministerio mas precisos, y auxiliar á los enfermos.

TOMADO DEL DE EL P.

JUAN FRANCISCO LOPEZ.

¿—〰—¿

NUEVO MEXICO.

1839.

Imprenta del Presbitero Antonio Jose Martinez á cargo de J. M. Baca.

906

NOTA.

Cuando en este manualito no se hizo constar, para su impresion, licencia del Diocesano, fué porque, [vigente la ley de Imprenta] en el no se puso variacion alguna sobre metodo, sino que se copió ficlmente de lo puesto en el Manual de Lopez de que se tomó; solo precisando los rubros, y que en lo de administrar el Santo Viatico, se tomó tambien del Manual que hay en la Parroquia del Curato de Taos, por el R. P. Fr. Diego Ossorio.

?——————!——————?

Presented by
Benjamin M. Read
Santa Fe. N.M.
to
the Historical Society
of N.M. Sept. 6—188?

INDICE.

Bautismo de Parvulos Pag. 1
Indulgencia en articulo de muerte. . 7
Del Santo Viatico á enfermos. . . 8
De la Extrema-uncion. 13
Entierros de Adultos. 18
Entierros de Parvulos. 23
Sacramento de Matrimonio. . . 28
De las Segundas Nupcias. . . . 33
Bendicion de Agua para rociar. . 34
Evangelios de decirse á los Enfermos. 38
Bendicion de la fuente bautismal . . 45
Bendicion de Cruces. 49
Bendicion de Imagenes 50
Bendicion de habito ó escapulario . 51
Bendicion de Mortajas. 52

Y aqui se pone la bendicion del agua de S. Ignacio á la que desde el principio hasta el fin, se há de tener metida una Medalla del mismo Santo: sirve para dar á los enfermos, y ahullentar las tempestades. V. Adjutorium, &c. V. Sit nomen Domine benedictum. R. Ex hoc nunc, &c. V. Domine exaudi, etc. V. Dominus vobiscum R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater Omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis,

ad invocationem, nominis tui benignus assiste: ut intercedente B. Ignatio Confessore tuo, famulos tuos ab ægritudine liberatos, et sanitate donatos dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni prosperitate restituas. Per christum, etc. Amen.

Bene‡dic Domine, hanc aquam, ut sit remedium salutare generi humano: et per intercessionem B. Ignatij, cujus numisma in eam immergitur, præsta: ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, et animæ tutelam percipiant, Per christum, etc.

OREMUS.

CONfert benignissime Deus, per contactum numismatis Sancti tui Ignatij, aquæ huic virttutem sanandi corpus et animam; pellendique omnia mala ab hoc loco ejusque, incolis in nomine Patris ‡, Filij † et Spiritus † sancti, Amen.

Deus, qui ad majorem tui nominis gloriam propagandam novo per B. Ignatium subsidio militantem Eccesiam roborasti: concede, ut ejus auxilio, et imitatione certantes in terris coronari cum ipso mereamur in cæli[illegible]. Per Dominum nostrum Jesum [illegible] Filium tuum, etc Amen.

SACRAMENTO DEL BAUTISMO.

Sacerdote. N. Quid petis ab Ecclesia Dei? *Responde el Padrino:* Fidem. *Sacerdote.* ¿Fides quid tibi præstat? *Padrino.* Vitam æternam. *Sacerdote.* Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. *Sopla tres veces blandamente en el rostro del Parvulo, y dice solo una vez:* Exi ab eo, (*vel* ab ea), immunde spiritus, & da locum Spiritui Sancto Paraclito. *Haciendo con el pulgar de la diestra la señal de la Cruz en la frente, y en el pecho dice:* Accipe signum Crucis tam in fronte ✝ quam in corde; ✝ sume fidem cœlestium præceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

OREMUS.

PReces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ impressione signatum, perpetua virtute custodi, ut

magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amén.

Ponele la diestra sobre la cabeza, y dice:

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem: Per eumdem Christum Dominum nostrum R. Amen.

Ponga dentro de la voca de el Niño una poca de Sal bendita; y diga: N. accipe salem sapientiæ, propitiatio sit tibi in vitam æternam. *Resp.* Amén. *Sacerdote:* Pax tecum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

ORFMUS.

DEUS Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomine serviens. Perduc eum Domine quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna premia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amén.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus Sancti, † ut exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram manum porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero, da honorem Jesu Christo vitho ejus, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi Deus,

... Christus ad suam ... gratiam ... benedictionem, Fontem ... dignatus est.

Con el pulgar de la diestra le hace en la frente la señal de la Cruz, diciendo:

Et hoc signum sanctæ Crucis ✠ quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Ponele la diestra sobre la cabeza, y dice:

OREMUS.

Æternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis, & veritatis, super hunc famulum tuum N ut digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum, & sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus gratia Baptismi tui effectus, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ponele encima la extremidad de la estola, y lo introduce en la Iglesia ó Baptisterio diciendo:

N. Ingredere in Templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. Resp. Amén.

Mientras llegan al Baptisterio dicen el Sacerdote, y él Padrino en voz clara: Credo in Deum Patrem Omnipotentem, &. Pater noster, &. *Y antes de llegar un poco apartado de la fuente, ó pila dice el Sacerdote este*

EXORCISMO.

EXorcizo te omnis spiritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis † et in nomine Jesu Christi, Filij ejus, Domini, et Judicis nostri ✝, et in virtute Spiritus Sancti ✝, ut discedas ab hoc plasmate Dei N. quod Dominus noster ad templum sanctum vocare dignatus est, ut fiat Templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo, Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. Resp. Amen.

Ephetha, quod est, Adaperire: In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Preguntale despues nombradamente:
N. ¿Abrenuntias satanæ?
Responde el Padrino: Abrenuntio.
Sac. ¿Et omnibus operibus ejus? *Padr.* Abrenuntio.
Sac. ¿Et omnibus pompis ejus? *Padr.* Abrénuntio.

Ego te linio Oleo salutis in Christo Jesu, Domino nostro, ut habeas vitam æternam, *Resp.* Amén.

Sac. N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, & terræ? *Padr.* R. Credo.
Sac. ¿Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum? *Padr.* R. Credo.

Sac. ¿Credis in Spiritum sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum: carnis resurrectionem, vitam æternam? *Padr,* R. Credo.

Sac. N. ¿Vis baptizari? Padr, R. Volo.
N. ego te baptizo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, Amén.

DEus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum [*aqui le unge*] Ipse te liniat Chrismate salutis, in

eodem Christo Jesu, Domino nostro in vitam æternam. Resp. Amén.

Sac. Pax tibi. Resp. Et cum spíritu tuo.

Accipe vestem candidam quam, immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. Resp. Amen.

EL PADRINO DA LA VELA ENCENDIDA: EL SACERDOTE DICIENDO:

Accipe lampadem ardentem, et irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula cœlesti, habeasque vitám æternam et vivas in sæcula sæculorum. Resp. Amèn.

Por último le dice. N. vade in pace, et Dominus sit tecum. Resp. Amèn.

Se abisa á los padrinos su obligacion y parentesco espiritual.

FORMA DE CONCEDER LA INDULGENCIA SOLAMENTE, EN ARTICULO DE MUERTE.

AUCTORITATE Omnipotentis Dei, et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ con-

cedo tibi indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum, in quantum possum et claves Ecclesiæ se extendunt, et absolvo te à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, et delictis in hoc mundo perpetratis meruisti. In nomine Patris, &c.

MODO DE DAR EL SANTO VIATICO À ENFERMOS.

Al entrar en la pieza del enfermo el Sacerdote diga: Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Asperges me *Domine* hysopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Y luego solo el primer verso del salmo 50:

Miserere *mei* Deus, secundum magnam misericordiam tuam. V. Gloria Patri, &c. *despues la Antifona,* Asperges, etc.

Adjutorium nostrum in nomine *Domini* R. Qui fecit cœlum, et terram V. Domine exaudi orationem *meam.* R. Et clamor *meus* ad te veniat V. Dominus vobiscum R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens æterne *Deus:* et *mitte*

re digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amén.

Hermano, Dios sea en nuestras Almas, acuerdasele alguna cosa que confesar?

Señor, pequé aved misericordia de mí.

Misereatur tui Omnipotens Deus, &c. Indulgentiam, &c. *Hecho esto, tomara una Cruz y dirà el Sacerdote al Enfermo:*

Para que dignamente reciba á nuestro Señor Jesu Christo, que aqui le viene á visitar es necesario, que como Fiel, y Catholico Christiano firmemente créa todo aquello, que cree, y confiesa nuestra Santa Madre Iglesia Catholica, Apostolica, Romana.

R. Si creo y confieso.

S. Cree en el Misterio de la Santisima TRINIDAD, Padre, Hijo, y Espiritu Santo, tres personas distintas, y un solo Dios verdadero?

R. Si creo.

S. Cree, que es Criador, Salvador, y Glorificador?

R. Si creo.

S. Cree, que la segunda Persona, que

es nuestro Señor Jesu-Christo, se hizo Hombre en las purisimas entrañas de nuestra Señora la Virgen MARIA, por obra del Espiritu Santo?

R. Si creo.

S. Cree, que nació de ella, quedando Virgen antes del parto, en el parto, y despues del parto?

R. Si creo.

S. Cree, que recibio Muerte, y Pasion en una Cruz, semejante á esta, que tengo en estas indignas manos, por redimirnos y salvarnos?

R. Si creo.

S. Cree, que baxó á sacar las Animas de los Santos Padres que estaban aguardando su santo advenimiento?

R. Si Creo.

S. Cree, que resucitó al tercero dia?

R. Si creo.

S. Cree, que subió à los cielos, y está sentado á la diestra de Dios Padre Todopoderoso? R. Si créo.

S. Cree, que desde alli ha de venir á juzgar á los vivos, y á los muertos, para dar gloria á los que guardaron sus santos Mandamientos, y á los malos pena perdurable, por que no los guardaron?

R. Si creo.

Luego diga el Sacerdote: Pues con esta fé, y creencia adore la Santa Cruz; *y dasela á besar, diciendo:* Adorote Señor mio Jesu Christo, y bendigote, que por tu santa Cruz rideniste al Mundo.

Hecho esto toma el sacramento y le muestra al enfermo diciendo:

Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.

Restale, Hermano, confesar los sacramentos de la santa Iglesia catolica, por los quales nos salvamos. ¿cree que en la Iglesia católica, que es congregacion de los Fieles christianos, por el Bautismo, y por los otros sacramentos nos perdona Dios nuestros pecados, y nos hace herederos de su Reyno? R. S. *creo.*

S. ¿Cree que por viriud de las palabras que Christo dixo en la ultima cena, y qualquier Sacerdote rectàmente ordenado, por pecador, é indigno que sea, dice, se convierte la substancia del pan en el Cuerpo de Christo, y là substancia del vino en su sangre? R. *si creo.* S, CREE que el Santisimo Sacramento, que aqui tengo en estas indignas, y pecadoras manos, es nuestro Señor Jesu Christo Dios, y Hombre ver-

dadero, el mismo, y con la misma Magestad, que está en los cielos? R. creo.

S. Quierelo recibir?

R. Si quiero.

S. Pues para que dignamente lo reciba ha de perdonar á todas las Personas, que le han injuriado.

R. Si perdono.

S. Y pide perdon á los que huviere injuriado?

R, Si pido.

S. Pues con mucha devocion hiriendose en los pechos, diga:

DOMINE non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Dicho lo qual tres vezes, le dé el Santisimo sacramento, diciendo:

ACCIPE frater [vel soror] Viaticum corporis Domini nostri Jesu-christi, qui te custodiat ab hoste maligno & perducat in vitam aternam. R. Amén.

Dice: V. Dominus vobiscum. R. cum spiritutuo.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro [vel so-

pori nostræ] sacrosanctum corpus Domini nostri Jesu-Christi, Filij tui, tam corpori, quam animæ prosit ad remedium sempiternum: Qui tecum vivit, & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amén.

MODO DE ADMINISTRAR LA EXTREMAUNCION.

EN llegando á la casa del enfermo, el Sacerdote, al entrar en la pieza, en que yace, dice:

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Despues dice el v. Adjutorium nostrum in nomine *Domini.* R. Qui fecit Cælum, & terram. v. *Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS

INtret Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas, divina prosperitas, serena lætitiæ, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum: adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos mi-

méu sanctum tuum: & bene † dic nostræ conversationi: santifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctum, & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu Sancto, in sæcula sæculorum, Amén.

Oremus, & deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo bene † dicat hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis *Angelum* bonum custodem, & faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ne sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum *Patre* & Spiritu Sancto vivit & regnat *Deus* in sæcula sæculorum. Amén.

OREMUS

EXaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, æterne *Deus*, & *mittere* digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum Dominum nostrum. Amén.

Si el tiempo no lo permitiere, puede [illegible] *del todo; ó en parte estas Oraciones*

Luego dicha como es costumbre, la confesion general en Latin confiteor Deo, *&c. ó en lengua vulgar, diga el Sacerdote:* Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c.

Pone el sacerdote la mano derecha sobre la cabeza del Enfermo, y dice:

IN nomine Patris, ✝ et Filij, ✝ et Spiritus Sancti, ✝ extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, et per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul sanctorum. Amén.

A los ojos.

PER istam sanctam Untionem ✝, et suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amén.

A los Oidos

Per istam sanctam Unctionem ✝, et suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti. Amén.

A las Narices.

Per istam sanctam Unctionem ✝ et suam pijssimam misericordiam, indulgea-

tibi Dominus quidquid per oleratum deliquisti Amén.

A la Boca, juntos los labios

Per istam sanctam Unctionem †, et suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum, et locutionem deliquisti. Amén.

A las Manos.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amén.

A los Pies.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gressum deliquisti. Amén.

A los Lomos en donde se usare.

Per istam sanctam Unctionem † & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

Esta uncion en los Lomos ya se omite.

Hecho todo esto, dice el Sacerdote: Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison, Pater noster, &c. v. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo ℣. Salvum fac servum tuum. *ò si fuere hembra,* Salvam fac Ancillam tuam, *y de*

la misma manera despues. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum, ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici, ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam, ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei: cura quæsumus, Redemptor noster, gratia sancti Spiritus langwores istius infirmi, ejusque sana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo expelle, plenamque ei interius & exterius sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amén.

OREMUS.

RE-spice, quæsumus Domine, famulum tuum N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus, sic tua sentiat medicina salvatum. Per Christum Dominum nostrum Amén.

ORÉMUS;

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, fàcturam tuam multiplici pietate custodis: ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum ab ægritudine liberatum, & sanitate donatum, dextera tua erigas virtute confirmes, potestate tuearis, atquè Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amén.

FORMA DE LOS ENTIERROS DE LOS ADULTOS.

Antes de sacar el cadaber lo rocia tres veces con agua bendita, y dice la antifona: Si iniquitates observaveris, y el

Psalmo 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * *Domine exaudi vocem meam.*

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinuit te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, † speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia? ‡ & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, ‡ ex omnibus iniquitatibus ejus. Requiem eternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. *Repite toda la Antifona:* Si iniquitates observaveris, Domine. Domine quis sustinebit?

Sacase despues el cadaver, y el Parroco saliendo de la casa, entona luego en voz grave la Antiphona Exultabunt *Domino: y los cantores comienzan el Psalmo,* Miserere mei Deus, *&c.)*

Al entrar en la Iglesia se repite la Antiphona, Exultabunt *Domino ossa humiliata.*

ORACION

NON intres in judicium cum servo tuo *Domine*, quia nullus apud te justificabitur hómo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia præmat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. r. Amén.

LIbera me *Domine* de morte æterna in die illa tremenda. ✠ Quando cœli movendi sunt, & terra. ✠ Dum veneris judicare sæculum: per ignem. v. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira ✠ Quando cæli movendi sunt, et terra v. dies illa dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna et amara valde ✠ dum veneris, r. Requiem æternam dona ei Domine &c. kyrie eleison, Christe eleison *kyrie* eleison,

Pater noster, *secretó*. v. Et no nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos á malo. V. A porta inferi. R. Erue Domine animam ejus V. Requiescat in pa-

ce. R. Amén V. Domine exáudi oratiónem meam. R. Et clamor meus ad te veniat V. Dominus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui proprium est miserári semper, et parcere; te súpplices exóramus pro ánima famuli tui N. quam hódie de hoc sæculo migrare jussísti; ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam á sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradísi perdúci; ut quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempitérna possideat, Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acabada la oracion se lleva el cuerpo à la sepultura, y se canta la Antifona;

IN paradísum deducant te Angeli; in tuo advéntu suscipiant te Martyres et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. *Antphona*, Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lázaro quóndam páupere æternam habeas requiem.

Y bendice el Sacerdote el Sepulcro: diciendo:

OREMUS.

DEUS, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc famulum benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem, & quorum, quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum, ab omnibus absolve vinculis delictorum. ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur, Per Christum Dominum nostrum R. Amen.

Rocia tres vezes la sepultura, y otras tantas el cuerpo, lo mismo hace con el Incensario y dice:

Ant. Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortus fuerit, vivet; et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel &c. *Despues se dice.* Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison· *y el Sacerdote* Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem.. R. Sed libera nos a malo v. A porta inferi. v. Erue Domine animam ejus. v. Requiescat in pace R. Amén. v. Domine exaudi orationem meam.. R. Et clamor meus ad te veniat. v. Dominus vobiscum R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

FAC, quæsumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic cum vera fides junxit Fidélium turmis, ita illic cum tua miseratio societ Angelicis Choris. Per Christum Dominum nostrum. Amén.

v. Requiem æternam dona ei Domine. R. Et lux perpétua luceat ei v. Requiescat in pace. R. Amén.

v. Anima ejus, & animæ omnium Fidelium Defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

ENTIERRO DE PARVULOS.

En llegando donde esta el Cuerpo, lo rocia con aguà bendita, y entona la Antiphona Sit nomen Domini, *Los Cantores cantan el Psalmo* Laudate Pueri Dominum, &c. *al fin* Gloria Patri *se repite la Antiphona* Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, et usque in sæculum. *Luego lo llevan a la Iglesia, y van cantando el Psalmo*: Laudate Dominum de cœlis, &c. *con* Gloria Patri, &c. *Y ya que*

ha llegado á la Iglesia entona el Preste la siguiente Antiphona; Hic accipiet, *Psalmo*; Domini est terra, et plenitudo ejus, &c. *con* Gloria Patri, *el qual acabádo se repite la Antphona*; Hic accipiet benedictionem a Domino, èt misericordiam á deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium dominum.

Kyrie eleison Christe eleison, *Kyrie* eleison. Pater noster. Et ne nos inducas, &c. ℟. Sed libera, &c. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti in conspectu tuo in æternum. ℣. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

ORÈMUS.

OMNIPOTENS et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis dum migrant à sæculo; sine ullis eorum meritis vitam illico largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem B. Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, et in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Quando se lleva á la sepultura, y cuerpo no se haya de llevar, se dice:
Antiphona, Juvenes, & Virgines.
Psalm. 148.

Laudate Dominun de cœlis &.
Antiphona. Juvenes, & Virgines, senes cum junioribus laudate Dominum de cœlis.
Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison: Pater noster. v. Et ne nos inducas in tentationem, R. Sed libera nos á malo v. Sinite parvulos venire ad me. R. Talium est, enim regnum cœlorum. v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es; digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, & intercessione Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus sanctis, & electis tuis, semper facias congaudere. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Quando vuélven de la sepultúra á la Iglesia, dígase, Antiphona. Benedicite.

Canticum trium Puerorum Dan. 3.

BEnedicite omnia opera Dómini Domino: laudate, et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Dómini *Domino*: benedicite cœli. Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt. Domino; benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol, et luna domino; benedicite stellæ cœli domino.

Benedicite omnis imber, et ros domino; benedicite omnes spiritus dei domino.

Benedicite ignis, et æstus domino; benedicite frigus, et æstus *Domino*.

Benedicite rores, & pruina domino; benedicite gelu, & frigus domino.

Benedicite glacies, et nives Domino, benedicite gelu, et frigus Domino.

Benedicite glacies, et nives Domino; benedicite noctes, et dies domino.

Benedicite lux, et tenebræ domino benedicite fulgura, et nubes *Domino*.

Benedicat terra *Dominum*; laudet, et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, et colles *Domino*; be-

nedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino; benedicite maria, et flumina Domino.

Benedicete cete, et omnia, quæ moventur in aquis, Domino; benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum; laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino, benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animæ justorum Domino; benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael, Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu; laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: et laudabilis, et gloriosus et superexaltatus in sæcula.

Antiphona: Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

Despues en pie ante el Altar dice el So-

cerdote; Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper asistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amèn.

SACRAMENTO DE MATRIMONIO.

A LOS CONTRAHIENTES, Y TESTIGOS AMONESTE *de esta suerte:*

YO os requiero, y mando, que si os sentis tener algun impedimento, por donde este matrimonio no pueda, ni deba ser contrahido, ni ser firme, y legitimo, conviene à saber, si hai entre vosotros impedimento de consaguinidad, ò afinidad, ó espiritual parentesco, ò de publica honestidad, si esta ligado alguno de vosotros con voto de castidad, ó Religion, ó con desposorios, ó matrimonio con otra persona: finalmente, si hay entre vosotros algun otro impedimento, que luego claramente lo manifesteis, Lo mismo mando à los que estan presentes. Segunda, y tercera vez os requiero, que si

sabeis algun impedimento, lo manifesteis libremente.

Y respondiendo no tener impedimento, que les estorve el matrimonio, con la acostumbrada formula, *Para en uno son*, ó con otra; *A la Esposa. Sac.* Señora N. ¿quiere al Señor N. por su legitima esposo, y marido, por palabras de presente, como lo manda la Santa, Catolica, y Apostolica Iglesia *Romana?* R. Si quiero. *Sac.* ¿Se otorga por su esposa, y muger, R. Si otorgo. *Sac.* Recibelo por su esposo y *marido?* R. Si recibo.

Luego al Esposo: Sac. Señor N. ¿quiere á la Señora N. por su legitima esposa y muger por palabras de presente, como lo manda la Santa, Catolica, y Apostolica Iglesia Romana? *R.* Si quiero. *Sac.* ¿Se otorga por su esposo y marido? R. Si otorgo. Sac ¿Recibela por su esposa, y muger? R. Si recibo.

El mismo, tomando la mano diestra de la esposa. y diga: Ego conjungo vos In matrimonium, *y bendiciendolos añada.* in nomine Patris † et Filij, et Spiritus sancti. Amen. *ó diga segun el Rito usado en la Diocesis;* Et ego ex parte Dei omnipotentis, et Apostolorum Petri, et Pau-

li et sanctæ Matris Ecclesiæ, vos matrimonio conjungo, et istud Sacramentum inter vos confirmo, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti Amen.

Rocíelos despues con Agua bendita; toma despues con los tres primeros dedos de su diestra uno de los Anillos, bendiciendolo, y diciendo al tomarlo: Benedic. † Domine hunc annulum, ut ejus figura perficiam custodiat, *y lo pone en el quarto dedo de la diestra del esposo, diciendo:* In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amén. *Dá el otro anillo al esposo, quien lo pone en el cuarto dedo de la diestra á su esposa, y bendice el Sacerdote &c.*

Luego toma el esposo las Arras y anillo en las manos y los deja caer sobre las de su esposa diciendo:

Esposa, este Anillo, y Arras te doy en señal de matrimonio. *La Esposa responde:* Yo las recibo.

Despues dice el Sacerdote: V. Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. V. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent Reges munera, V. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos qui

probati sunt argento. V. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. R. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amén. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo V. Salvos fac servos tuos. R. Deus meus sperantes in te V. Domine exaudi, &c. R. Et clamor, &c. V. Dominus vobiscum R. Et cum &c.

OREMUS

DEUS Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, benedic conjuges istos, et semina semen vitæ in mentibus eorum: ut quidquid majestati tuæ gratum esse intellexerint, opere compleant. Per Christum, &c. R. Amén.

Los introducira en la Iglesia diciendo.

Ps 127.

BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus. Labores manuum tuarum quia manducabis: Beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum,

Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat, &c.

En llegando al Altar, se arrodillan ante el los Novios, y el Sacerdote en pie vuelve á ellos, dice:

Kyrie eleison. Christe eleison kyrie eleison. Pater noster. v. Et ne nos inducas in tentationem R. Sed libera nos á malo. v. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

BEnedicat Deus vestri oris eloquia, Amén. Cor vestrum sinceri amoris copulet nexu perpetuo, Amén, Floreatis cum præsentium copijs, fructifi-

cetis decenter in filijs, gaudeatis peremniter cum amicis, Amen. Tribuat vobis Dominus dona perennia, parentibus, et amicis fœliciter dilatata, et cunctis gaudia sempiterna. Amén.

OREMUS

BEnedicat vos Dominus cœlestis gloriæ, Rex omnium Sanctorum, Amen. Detque vobis suæ dilectionis dulcedinem, et sæculi præsentis felicitate lætari, Amén. Collato etiam gaudio filiorum, post diuturnum tempus, conferat habitaculum cœlestium mansionum, qui vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. R. Amén.

DE LAS SEGUNDAS NUPCIAS.

Acabada la Misa, teniendolos arrodillados delante del Altar, diga el Sacerdote lo siguiente Oracion.

OREMUS.

REspice Domine super hanc conjunctionem tuam, ut sicut misisti sanctum Angelum tuum Raphaelem pacificum Tobiæ, et Sarræ filiæ Raguelis, ita

digneris Domine mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, ut in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant, et senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Benedictio Dei Patris ✝, et Filij ✝ et Spiritus ✝ sancti, descendat super vos, et maneat semper. Amén.

Los rocia con agua bendita, y les dice: Ite in pace.

BENDICION DE LA AGUA PARA NOCIAR.

El Sacerdote revestido de sobrepelliz y estola morada, diga primero.

v. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

r. Qui fecit cœlum, et terram.

v, Dominus vobiscum. r, Et cum spiritu tuo.

despues comienza absolutamente el siguiente

EXORCISMO DE LA SAL.

EXorcizo te creatura salis per Deum ✝ vivum, per Deum ✝ verum, per Deum ✝ sanctum, per Deum, qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris

sal exorcizatum in salutem credentium: et sis omnibus sumentibus te sanitas animæ et corporis: et effugiat, atque discedat á loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, et nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, & sæculum per ignem. R. Amén.

ÖREMUS

IMmensam clementiam tuam, omnipotens, æterne Deus, humiliter implorámus ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benè † dicere, et sancti † ficare tua pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus salus mentis, et corporis: et quidquid ex eo factum, vel aspersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Christum Dominum nostrum. R. Amén.

Absolutamente se dice tambien el siguiente

EXORCISMO DEL AGUA.

EXorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei † Patris omnipotentis, et in nomine Jesu † Christi Filij ejus Domini nostri, et in virtute Spiritus † sancti: et ómn

aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare valeas cum angelis suis apostaticis; per virtutem ejusdem *Dominum* nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amén.

OREMUS.

DEUS, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti adesto propitius invocationibus nostris, et elementa huic, multimodis purificationibus præparata, virtutem tuæ benedictionis infunde; ut creatura tua *mysteriis* tuis serviens ad abigendos demones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur á noxa; non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens; discedant omnes insidiæ latentis inimici; et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti; aspersione hujus aquæ effugiat: ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita; ab omnibus sit impugnatio-

nibus defensa Per *Dominum* nostrum, &c.

Aqui, lo mismo sal con tres dedos de la diestra tres veces, en forma de Cruz, la echa en el Agua, diciendo una sola vez; Commixtio salis, et aquæ pariter fiat, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. R. Amen. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

DEUS invictæ virtutis auctor, et insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator; qui adversæ dominationis vires reprimis; qui inimici rugientis sævitiam superas; qui hostiles nequitias potenter expugnas; te Domine, tremente, et supplices deprecamur, ac petimus; ut hanc creaturam sales, et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres. pietatis tuæ rore sanctifices; ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur; et præsentia sancti spiritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur Per Dominum nostrum, &c. in unitate ejudem Spiritus sancti &c.

Evangelios que se han de decir a los enfermos.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. *Se Signa el Sacerdote en frente, boca, y pecho, y asi el enfermo, y diga:* v. Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum. R. Gloria tibi Domine.

Matth. 8.

IN illo tempore; Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et malè torquetur. Et ait Jesus: Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio, ait; Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit, et alij, Veni, et venit, et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem, vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham,

et Isaac, et Jacob in regno cœlorum: filij autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

ORFMUS

OMnipotens sempiterne Deus, salus eterna credentium; exaudi nos pro infirmo famulo tuo N. pro quo misericórdiæ tuæ imploramus auxilium; ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum nostrum R. Amén.

V. Sequentia sancti Evangelij secundum Marcum.

R. Gloria tibi Domine *Marc.* 16.

IN illo tempore; Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Jesus; et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis; quia his qui viderant eum resurrexisse, non rediderunt. Et dixit eis; Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eis, qui

credidérint, hæc sequéntur; In nómine meo dæmónia ejícient; línguis loquéntur novis; serpéntes tollent, et si mortíferum quid bíberint non eis nocébit; super ægros manus ímponent, et bene habébunt.

OREMUS

VIrtútum cœléstium *Deus*, qui ab humánis córporibus omnem langúorem et omnem infirmitátem præcépti tui potestáte depéllis; ádesto propítius huic fámulo tuo N. fugátis infirmitátibus, et víribus recéptis, nómen sanctum tuum, instaurata protínus sanitáte benedícat. Per Christum Dóminum nóstrum. R. Amen.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

V. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.

R. Glória tibi *Dómine*.

Luc. 4.

IN illo témpore, Súrgens Jesus de Synagóga intróvit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus; et rogavérunt illum pro ea.

Et stans super illum, imperavit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis infusa virtutis tuæ dignatione, confirmas, ut salutaribus remediis pietatis tuæ corpora nostra, et mentes vegetentur: super hanc famulam tuam propitius intende; ut omni necessitate corporea infirmitatis exclusa, gratia in ea proficiat sanitatis perfecte reparetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

℣. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Evangelij secundum Joannem.

R. Gloria tibi Domine.

Joann. 5.

IN illo tempore, Erat dies festus Iudæorum, et ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his

jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, et cognovisset, quia multum jam tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam, dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus, Surge, tolle grabatum tuum, et ambula. Et statim sanus factus est homo ille et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Judæi illi, qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, et ambula. Interrogaverunt ergo eum, Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, et ambula? Is autem, qui sanus factus erat, nesciebat quis esset.

Jesus enim declinavit a turba constituta in loco. Postea invenit eum Jesus in templo, et dixit ille. Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

OREMUS.

RESpice Domine famulam tuum in infirmitate sui corporis laborantem et animam, refove, quam creasti; ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina salvatum. Per Christum *Dominum* nostrum. R. Amen.

Psalmus 90.

QUI habitat in adjutorio Altissimi, in protectione *Dei* cœli commorabitur. &c. Gloria Patri. Sicut erat &c.

OREMUS

OMnipotens sempiterne Deus, infirmitatem famuli tui propitius respice, atque ad protegendum eum dexteram tuæ majestatis extende. Per Christum Dominum nostrum R. Amen.

Acabada la ultima Oracion ponga el Sacerdote la diestra sobre la cabeza del enfermo, y diga.

Super ægros manus imponent, et bene habebunt. Jesus Mariæ filius, mundi salus, et Dominus, meritis, et intercessione sanctorum Apostolorum suorum

Petri, et Pauli, et omnium Sanctorum, sit, tibi clemens, et propitius. Amen.

Diga dispues, v. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

R. Gloria tibi Domine.

Cap. 1.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis

testatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ, et veritatis. R. Deo gratias. *Después, bendiciendo al enfermo, dirá:* Benedictio Dei omnipotentis Patris † et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super te & maneat semper. R. Amén.

BENDICION DE LA FUENTE BAUtismal, fuera de los Sábados de Gloria y Pentecostes.

Ante la pila bautismal, ó ante el Altar del Bautisterio se dice la letanía ordinaria, a la que está en el misal el Sabado de Gloria, y antes del V. Ut nos exaudire dignéris. *dice el Sacerdote dos veces:*

Ut. Fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere †, & consecrare † dignéris. Te rogamus audi nos.

Y después del último Kyrie eleyson. *dice* Pater noster, &c. Credo in Deum, &c. *todo en voz clara y acabados, dice* V. Apud te Domine est fons vitæ. R. Et in lumine tuo videbimus lumen.

℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. ℟. Et cumspiritu tuo.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis, adesto Sacramentis, et ad recreandos novos populos, quos tibi Fons Baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: ut quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amén.

EXORCISMO DEL AGUA.

Exorcizo te creatura aquæ, per Deum vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum sanctum ✠, per Deum, qui te in principio, verbo separavit ab arida, cujus super te spiritus ferebatur, qui te de paradiso manare jussit.

Divide con toda la mano diestra en forma de Cruz el agua; y moviendola hacia las quatro partes del Mundo, la hace derramar un poco por los labios de la Fuente, enjugase la mano y prosiguiendo dice.

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit: qui te in deserto amaram, per lignum, dulcem fecit, atque potabilem; qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Ægypto liberaverat, siti fatigatum recrearet. Exorcizo te, et per Jesum Christum, Filium ejus unicum Dominum nostrum qui te in Cana Galilææ signo admirabili sua potentia convertit in vinum: qui super te pedibus ambulavit, et à Joanne in Jordane in te baptizatus est: qui te una cum sanguine de latere suo produxit, et discipulis suis jussit, ut credentes baptizarent, in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare, et effugare ab hac creatura aquæ ut qui in ipsa baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam æternam regenerans eos Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, aquarum spiritualium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostræ respicere digneris, et super has aquas, abluendis, et purificandis hominibus præparatas, Angelum sanctitatis emittere, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterso, purum sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amén.

Sopla tres veces el agua, azia tres partes, formando con el soplo esta figura ✠

Incensa, y echa Oleo en forma de Cruz diciendo, Sanctificetur, et fœcundetur Fons iste Oleo salutis renascentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠, Sancti. R. Amén.

Echa Crisma, diciendo: Infusio Chrismatis Domini Jesu Christi, & Spiritus Sancti Paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. R. Amén.

Toma despues ambas ampollas, y derramando de entrambas á un mismo tiem-

po, en forma de Cruz, Crisma y Santo Oleo, y dice:

Commixtio Chrismatis sanctificationis, & Oléi unctionis, & aquæ Baptismatis pariter fiat in nomine Patris ✝ & Fi ✝, & Spiritus ✝ Sancti. R. Amén.

Y con la mano diestra mezcla con el agua el Santo Oleo y Chrisma que en ella h: echado, esparciéndolos y extendiendolos por toda la fuente.

BENDICION DE LA CRUZ NUEVA

V. Adjutorium nostrum. &c. R. Qui fecit. &c.

V. Dominus vobiscum R. Et cum spiritu tuo,

OREMUS.

ROgamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: ut digneris benedicere hoc signum Crucis, tuæ, ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen, & protectio, ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amén.

OREMUS

BEnedic, Domine Jesu Christe hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum á potestate dæmonum, & su-

perasti passione tua suggestorum peccati qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem (*Aqui la rocia con Agua bendita.*) Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris †, & Filij † & Spiritus † sancti, ut orantes, inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, inveniant corporis & animæ sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amén,

Arrodillado adora y besa la Cruz.

BENDICION DE IMAGENES.

V. Adjutorium nostrum, &c. Qui fecit, &c.
V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne *Déus*, qui Sanctorum tuorum imagines [*sive effigies*] sculpti, aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur toties eorum actus, & sanctitatem ad imitandum memoriæ oculis meditemur: hanc, quæsumus, imaginem [*seu* sculpturam] in honorem, & memoriam unigeniti Filij tui *Domini* nostri Jesu Christi [*vel* beatissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi, *vel* Beati N. Apostoli tui *vel* Martyris *vel* Confessoris, *aut* Pontificis *aut* Virginis] adaptatam, bene ✝ ne-

dicere, & sanctificare digneris: et præsta, ut quicumque coram illa unigenitum Filium tuum [*vel* beatissimam Virginem *vel* gloriosum Apostolum, *sive* Martyrem, *sive* Confessorem *aut* Virginem) supplicíter colere, & honorare studuerit, illius meritis, & obtentu à te gratiam in præsenti, & æternam gloriam obtineat in futuro, *Si la Imagen es de Christo, ó de la Virgen, se dice,* Per eundem Christum & *de otro santo;* Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. *rocie con Agua bendita.*

BENDICION DE QUALQUIER *habito, ó escapulario.*

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini R. Qui fecit cœlum, & terram. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui vestimentum singulare ad indumentum æternæ jucunditatis, tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exorámus, ut hoc indumentum humilitatem cordis, & mundi contemptum significans, quo famulus tuus, [*vel* famula tua) in sancto, ac firmo proposito vestíri desiderat, propitius benedícas: et castitatis habitum, quem, te inspirante, suscipit, te protegente, custodiat: ut quem [*vel* quam) sacræ religionis veste indúis

temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Christum Dominum. &c. R. Amen.

Rocia despues con Agua bendita el hi-lo, ó escapulario.

BEDICION DE LAS MORTAJAS de San Francisco.

V. Adjutorium. &c. V. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, seminator, et inspirator religiosi propositi, qui indumentum nostræ carnis pro salute humanigeneris suscipere voluisti, et in præcipio hilibus pannis involvi non horruisti: respice propitius ad preces humilitatis nostræ; et hanc religiosam vestem, et chordam S. Francisci benedicere, et sanctificare digneris; et concedas, ut quicumque, ad involvendum suum corpus in morte, illas tulerit, vel petierit, remissionem peccatorum (per Summos Pontifices Ecclesiæ tuæ concessam) assequatur. Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. Amen. *Agua bendita.*

FIN.

PRECES DEVOTAS.

Oracion que para alcanzar buena muerte compuso y que decia cada dia S. Vicente Ferrer, y exortaba el que la dijeran los fieles.

Misericordia, mi Dios, y atiende piadoso à mi oracion: misericordia, Señor que mi alma se halla enferma, y las virtudes que (como los huesos al cuerpo) debieron sustentarla, estan muy desmayadas y perdidas: misericordia, Señor, y atiende à lo humillado y abatido que me veo de mis enemigos: misericordia, Señor, que me veo angustiado y convicto de haber provocado contra mi tu justicia, me hallo confuso y se estremese mi cuerpo: misericordia, Dios mio, y sea segun tu gran clemencia: misericordia, mi Dios, que me atropella el demonio, todo el dia me impugna y molesta. Misericordia, mi Dios, misericordia, pues en ti confia mi alma: misericordia, Señor, pues cada dia clamo á ti: alegra el alma de tu siervo, cuando levanto mi corazon y dirijo mis afectos acia tu piedad: misericordia, Señor, misericordia, que estamos afrentados y corridos. Gloria al Padre, y al Hijo, y al Espiritu Santo, ahora y siempre y por todos los siglos de los siglos. Amen.

Los afligidos se alientan,
Veinte y cuatro mil os cuentan
Milagros solo en dos años:
España, y Reynos estraños
Os publican portentoso. *sednos* &.

Historical Society of New Mexico
CLASS No. 205 ACCESSION No. 715